Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



177

Inde & Cas Fr: in cons: 17. incip: in causa de // cimasi. n. 2. Vol. 2. respondit, hæc uerba C: con // cedo tibi hanc rem in feudum juxta formam & secundum quod Fabius usus est) non face // re conditionem, sed modum, per d. L. pen: C. de instit: & substit: & non esse necesse pro // bare de dicto usu, quia exponunt C: ait: juxta uel secundum, quia sic Fabius fuit usus & facit etiam quod not: Bald: cons: 331. in. 5. parte, & idem quod Joan: And: in addit: ad Specul: tit: de feud: tradit: si princeps dicat: concedo tibi tale Feudum, secundum quod genitor noster tibi concessit, licet non appareat de concessione genitoris, tamen feudi concessionem uatere, quoniam illam concessionem satis clarè expresserit per uerba dispositiua.

+ generaliter, si Princeps concedat feudum uel priuilegium his uerbis Secundum quod nostri antecessores concesserunt, concessionem hanc non esse conditionalem, sed dispositiuam & ob id non necesse esse probare concessionem illam sic relatam, responderunt. Dec: cons: 169. n. 4. Vers: Vltimo & cons: 326. n. 3. & cons: 402. in. 10. Rom: cons: 31. n. 7. lib: 1. & cons: 1. n. 1. lib. 4. Lub: cons: 151. n. 6. Boer: quæst: 16. & quæst: 247. n. 1. elegantes Car: Molin: d. tract: in con // suet: Paris: tit. 1. §. 5. n. 66. & 67.

Laurent

180